

VOTA NUNCUPAMUS FESTA

JOANNI MICHAELI HAUSMANNO

GROBINENSI-CURONO SACR. CAES. MAJ. A CONSILII COLLEGIORUM INSIGNI MERITIS PARTO XV ANNORUM DECORATO
DOCTARUM SOCIETATUM SODALI ADSRIPTICIO

VIRO HONESTISSIMO PHILOSOPHO VERO ET PHILELEUTHERO JUVENTUTIS DOCTORI INDEFESSO RELIGIOSO
FAMILIAS PATRI PLACIDO SUMME COLENDO CULTOQUE
MUNERIS NOSTRI COLLEGAE OPTIMO SPECTABILI COMMODO.

VELIT JUBEATUR

GRATAM PRAETERITORUM ANNORUM RECORDATIONEM ET MEMORIAM
REPETERE RECOLERE PERSENTIRE.

EX ILLIUS TEMPORIS IMAGINE SPIRANTI

CAPIAT JUCUNDUM SENSUM OFFICII PROBE STRENUE PERACTI CURAE ATQUE SOLERTIAE BENE LOCATAE

QUA AMPLAE UBERRIMAEQUE DOCTRINAE VIRES ET VITAM GNAVITER

NON TAM CUMULANDO JUVENILES ANIMOS MULTIPPLICIS VARIAEQUE SCIENTIAE JACTATIONE

QUAM APERIENDO THESAURUM EJUS ERUDITIONIS ET LIMPIDUM FONTEM

QUAE EST EFFECTRIX FIDEI CANDORIS VERITATIS VERA ET UNA

DEDIT DICAVIT SACRAVIT.

RESEMINET

NESTOREIS TERTIA PARTE NONDUM ILLAPSUS ANNIS

VIRIDI MENTIS ALACRITATE

NOVAM SIBI VITAM ET INTEGRAM

QUALEM IMPRECAMUR CORPORIS VALITUDINE VEGETAM ANIMI VIGORE RECENTEM

DOMO FLORENTE ET CARA SUBOLE LAETAM

MEMORIA ET GRATIA OVANTEM PUERORUM NOBILIS GENTIS

QUOS TAM EGREGIE ET LIBERALITER EDUCAVIT TANQUAM DIVINA PROVIDENTIA

PRO DENEGATO SIBI FILIO OBTIGERIT SUCCESSERIT.

PASCATUR LARGO STUDIORUM PROVENTU ET SUBACTAE DOCTRINAE COPIA

ELEGANTIAE ET CASTITATIS DITIONIS GERMANICAE

COGNITOR ET ARBITER PERSPICAX

OMNEM LITERARUM SEVERITATEM ET SCITAM ARTIS FACULTATEM PROFITENS

NEQUE TAMEN

LUDI ET DECORAE FESTIVITATIS OSOR.

PROFERAT

AEVUM IN LONGINQUOS ANNOS RIGIDUS SPATIATOR

TEMPORE SUBSECIVO CONSIDERATE CONSTANS

RESEQUATUR VIAM SEMEL EMENSAM.

MITAVIAE D. XXI. M. SEPT. MDCCCXLVII.

DIRECTOR ET COLLEGIUM CL. GYMNASII PRAECEPTORUM.